

Stephanus Galdeti

⟨*Notae*⟩

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress
09.10.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

{Notae}

P1 120r,
P2 181r

|| Quod bona opera virtutis et impletio preceptorum sint premia sui patet in Ps.: *in custodiendum illis retributio multa*. Quod predestinatus sit beatus, patet: *beatus vir cui non imputavit* etc. nec est inventus.

5 Nota secundo et sic de aliis notetur.

Quod orationes facte pro defunctis vel vivis non sint nisi quedam regratiationes potest patere. Nam in omnibus huius rite factis supponitur circumstantia divine predestinationis, nec petitur nec mutetur, quia hoc supponitur immutabilis. Prima pars assumpti alias patuit. Et satis

10

patet in illa oratione “Deus, qui vivorum dominaris” etc., “Deus, cui nunquam sine spe nunc supplicatur” etc., “Deus, cui omne cor patet”, et relique similes notande, et reliqua que in *Officio ecclesiastico*. Nota. || Et per consequens non est virtualiter nisi quedam regratiatio

P2 181v

de huius eterno proposito cum optatione sui effectus etc. Et istud patet in quodam sermone qui secundum ordinationem Insulense legitur in die defunctorum, qui incipit “inter tempus nativitatis et finale iudicium” etc., ubi ponit quod sacrificia oblata, et per consequens orationes pro animabus salvatis non sunt nisi quedam gratiarum actiones.

15

Quot igitur sunt actus rationabiliter habendi a creatura circa Deum vel Dei cultum potest inquiri. Unde non est petendum ut ipse quidquam faciat, puta det bonum vel remittat malum, quod non eternaliter voluit etc., sed tantum ut eius propositum impleatur optandum et orandum pro eius effectu iuxta illud “fiat voluntas tua”, scilicet iusti, et supple cum hoc efficacis beneplaciti. Nec hic actus est frustra, esto quod ipso

25

non dato illud fieret ex sola misericordia Largitoris, ut notum est. Nam et hic actus est effectus quidam previus in serie fiendorum ab illo eterno proposito divino, et ista est communis et vera responsio.

30

3 quod] et P2 9 immutabilis] *sup. lin. P1* ; om. P2 prima] secunda P2 11–13 Deus cui — nota] *in marg. P1* 13 virtualiter] *sup. lin. P1*
18 animabus] *fas add. sed del. P1* nisi] om. P2 20 unde] *sup. lin. P1*
ipse] p *add. sed del. P2* 26 serie] illum *add. sed del. P1* 31 huiusmodi]
de *add. sup. lin. sed del. P1* beneficiis] *sup. lin. P1* 33 reordinativo]
preordinativo P2

Alter actus est benedictio, scilicet non quidem imprecari sibi bonum tanquam de sic sit congratulari de huiusmodi bono suo et gaudere et velle sibi illud in esse et nullo alteri et hoc vi amicitie vere.

Item, alter actus laudare et predicare et enuntiare eius immensas
5 et innumeras perfectiones seu eius immensam perfectionem innumeras continentem contemplari mentaliter et vocatur decantari etc.

De huiusmodi actibus quales et qualiter sint habendi vide in *Officio*
|| *ecclesiastico*, unde in campania ad matutinum dicit Apostolus *P2 182r*
benedictio et claritas et sapientia et fortitudo et gratiarum actio etc.
10 *regi seculorum* etc. De huiusmodi aliqua speculative que sequuntur ex immutabilitate et inflexibilitate divine voluntatis et principalitatis et independentia a nostra, et sic de similibus poterunt tangi etc. ut incepisti alibi.

1 non quidem] *sup. lin. P1*

bonum] non *add. sup. lin. sed del. P1*